NF 631 1

U B Gießen Handschriften N. F.

Handschrift
NF 631

Hausbuchbinderei
d. Univ. Bibliothek
Giessen
26. 9. 83

I

HSS. N.F

Eingebunden V 32270
zus

(Schülerbg
5 ele

Beigebunden zu V 32270 · [illegible] 5

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et
ex tota mente tua. Math. xxij. Sicut narrat evangelium, quando
quidam consuluit dominum a domino quod est primum mandatum, respondit
Diliges dominum deum tuum etc. In quibus verbis tria facit dominus. primo — primo
ondit primum mandatum esse de dei dilectione cum dicit Diliges
[illegible] subdit dominus hoc est primum et maximum mandatum. 2o innuit di-
lectionis rationem que est triplex scilicet quia dominus, quia deus, quia tuus
cum dicit dominum deum tuum. 3o subdit dilectionis modum cum dicit
ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente. Tangit ergo primo quod
est maximum mandatum cum dicit Diliges. et hoc merito quia dilectio
nichil dignius est, nichil lenius, nichil utilius. De primo scilicet dig- — 1a dignitate
nitate dicit Richardus: Tanta est amoris dignitas, tam
maiestas, tam excellens potestas ut nec trinitas summa sine
nexu amoris subsistere queat. Unde Jo. v. Pater diligit filium. Jo.
Ego diligo patrem. Hec eciam in filio dei caritas [illegible] multa
habundavit. Jo. xv. Maiorem hac dilectionem nemo habet
ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Unde Aug. Caritas
ipse pudeat cum ea videat in deo tamquam passe vulneravit
impassibilem ligavit insuperabilem, vicit immutabilem
eternum fecit mortalem. 2o. Dilectio nichil est lenius — 2a lenitas
tam facile facit amare, nichil tam liberum et in potestate hominis facit
amor. Unde nemo potest se excusare a mandato amoris dei
per infirmitatem vel per paupertatem vel per aliud impedimentum. Crisostomus
Deutro. xxx. Mandatum quod ego precipio tibi hodie non
supra te est, neque procul positum nec in celo situm possis dicere
Quis nostrum valet ad celos ascendere ut deferat illud ad
nos ut audiamus illud et opere compleamus. Neque trans mare
positum est ut causeris et dicas Quis e nobis transfretare
poterit mare et illud ad nos usque deferre ut possimus audire
et facere quod preceptum est. Sed iuxta te est sermo bonus valde
in ore tuo et in corde tuo ut facias illum. Scilicet ut diligas dominum
deum tuum ex toto corde tuo. 3o est quod dilectio nichil lenius
quia levissime portatur immo verum portat. Quemadmodum

pene aliquis cuius portatur quedam ab ipsa cune non tamen ad omnem quam
portatur ab ipsis et per eas in sublime fertur. Unde licet admirandum
sit leve sit ingens unde non solum quod non onerat sed honorem portat. Item
2o utile dilectione nichil est utilius et hoc patet ex tribus. Nam omnia peccata
tegit Proverbiorum x. Universa delicta operit caritas. Petri 4o
caritas operit multitudinem peccatorum. Sicut carbo niger et turpis quando
accenditur tegitur igne et pulchrior efficitur quam aurum. In renovo
suo denigrata cum suis carbonibus facies eorum sed peccatorum eius caritas
predicta adveniens operit multitudinem sicut ignis. Item de peccato Petri
quod maximum fuit scilicet negationis quod amor mecum delevit. Non
enim dominus ab eo quesivit quam satisfactionem an posset ieiunare vel
2o peregrinationes facere sed solum diligere. Symon Johannis diligis me plus
hiis. Item de opus acceptabile deo reddit. Nam nec bonum cordis
quod est fides. nec bonum oris quod est confessio. nec bonum operis
quod est ~~bonum~~ elemosinarum largitio sine caritate deo placet
Sicut dicit apostolus primo ad Corinthios xiij. Si linguis hominum et
angelorum loquar quantum ad bonum oris et fidem habeam ita ut
montes transferam quantum ad bonum cordis. et si distribuero omnes fa-
cultates meas in usus pauperum quantum ad bonum operis. caritatem
3o non habeam nichil michi prodest. Item celestibus nuptiis dignum facit
Mathei xxij. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem
scilicet caritate et sequitur proicite eum in tenebras exteriores. Certa
ergo dilectione est nichil dignius nichil levius nichil utilius
2m principale Unde dicit dominus primum et maximum mandatum est de dilectione. 2o sunt
dilectionis racione. Unde dicit Diliges dominum deum tuum. quo diliges deum racione
creationis, deinde racione redemptionis sed tamen racione ~~passionis~~ possessionis
Magna quidem ex creatione dilectio, sed maior ex redemptione
creacio maxima ex ipsius eterna possessione. Primo dico creatione et
maxima invenies ad deum dilectionis racionem. Creavit enim
hominem deus pulchrum. bonum et dimitum. Creavit deus bonum et
valde bonum Genesis primo. Vidit deus cuncta que fecerat
et erant valde bona. Item creavit pulchrum quia in primo homine
creato fuit omnis pulchritudo quia pulchritudo creatoris et hoc quantum

ad animam consistit similitudo dei / et pulchritudo creature quantum
ad corpus. Unde ezechielis xxviii Tu signaculum similitudinis quantum ad
animam, perfectus decore quantum ad corpus. Sed postquam egressus est a facie
dei decor eius. Unde per hoc attritus laboribus, exhaustus caloribus
et attenuatus frigoribus brevi vivens tempore repletur multis mise-
riis / Item creavit dignitatem quia constituit eum dominum. Ps. Omnia
subiecisti sub pedibus eius oves et boves universas insuper et pecora
campi volucres celi et pisces maris // Considera etiam redemptionem
et maiorem invenies ad deum dilectionis rationem. Ambrosius Infir-
mitas tua domine sanitas mea est / plus debeo tuis iniuriis
quod sum redemptus quam beneficiis quod sum creatus. Considera ergo
dominum maiestatis qui te accepta forma servi an luciferum genitum
de virgine nasci panem angelorum esurire illud quod est via
ex itinere fatigari / illud quod est dei virtus et sapientia mundi / ab omnibus
affligi illud quod peccatum non fecit tamquam reum flagellari Speculum
sine macula et splendorem glorie conspui / vitam occidi, et quo
occidi occidit. Unde. Prima dorso flagellato latere sauciato
capite vepribus puncto manibus perforatis / pedibus confossis
ubique habet dolorem ubique cruorem. Non empti sumus pro
magno quia non corruptibilibus auro vel argento redempti sumus
sed precioso sanguine agni incontaminati sicut dicit petrus primo
capitulo. Apostolus quod dicit cor. ultimo Si quis non amat dominum yhesum
christum: anathema sit. Considera etiam quo tuus eius possessione
et maiorem invenies dilectionis rationem. Ipse enim in quo sunt
omnia semetipsum dabit vobis sicut dicit Gen. xv Ego merces
tua magna nimis. Et quo videt Augustinus Deus inquit erit
totus tuus eum inaestimabilis[?] ut non esurias ab illo illumina-
beris ne semper[?] ... / ab eo fulcieris ne deficias. Possi-
debit te totum integrum totus integer tuus est. 2o videt modum
dilectionis sue cum dicit ex toto corde tuo et ex tota anima
tua et ex tota mente tua. Et addisce Xpum ex toto corde

Redemptio

Possessio

2m principale

requirit deus in amore suo. Diliges quoque dominum deum tuum ex toto corde
quantum ad intellectum, ex tota anima quantum ad affectum, ex tota mente quantum ad
continuam eius memoriam, sicut exponit Augustinus. Diliges quoque dominum ex toto
corde in intellectu per fidem. Corde enim creditur ad iustitiam. Ro. x.
ut videlicet ipsum firmiter corde credendo preceptis eius consiliis promissio-
nibus et comminationibus fidem adhibeamus Jo. v. Si moysi i. dictis
moysi crederetis et mihi. Item ex tota anima in affectu ut scilicet ipsum cunctis
et omnibus preferamus. Quia ipse dicit Matth. x. Si quis diligit patrem
vel matrem uxorem vel filios agros et huiusmodi plus quam me non
est me dignus. Unde tenuit deus quod plus debet homo afficere creatorem
ipsum quam creata sua et seipsum. Item ex tota mente ut scilicet in memoria ha-
bendo beneficia creationis redemptionis sustentationis. et ab his
non obliviscatur. Trenorum 3° Recordare paupertatis mee transgres-
sionis absinthii et fellis et memoria memor ero et tabescet
in me anima mea. Psalmus ponant in deo spem suam et non obliv-
iscantur operum eius. Sed de malis dicitur Obliti sunt deum qui salvavit
eos. De eodem precepto
Diliges proximum tuum sicut teipsum. In verbis istis duo facit dominus
Primo enim de dilectione proximi ponit preceptum cum dicit Diliges
proximum tuum. Unde promisit deus. Secundo precepti sic est hic 2°
exprimit dilectionis modum cum dicit sicut teipsum. Ubi quoque quantum
ad primum quod sunt tria ad dilectionem proximi inducentia videlicet naturalia
precepta et exempla. Naturalia enim inter animalia terre vel volatilia sive
gradientia non invenitur tanta similitudo sicut inter homines et homines
Et homo non solum representat similitudinem exteriorem que est inter ani-
malia sed etiam interiorem quia omnes homines sunt ad ymaginem et similitudinem
dei creati. Et tamen hodie plus se persequuntur quam bruta animalia que
invicem concordant in exteriori similitudine. Unde Eccle. xiii Omne
animal diligit simile sibi. Et Matth. vii° Omnia quecumque vultis ut faciant
vobis homines et vos facite illis. Hoc enim vult lex naturalis. Item ve-
teris et novi testamenti precepta. Matth. v° Audistis quia dictum
est antiquis Diliges proximum tuum. Et Jo. xv Hoc est preceptum meum
ut diligatis invicem. Item Christi et sanctorum exempla. Jo. xiii Exemplum dedi
vobis ut quemadmodum ego feci et vos faciatis. Item Christus meminit
et sancti non solum dilexisse proximos sed plus quam corpora dilexisse

Unde et apostolus ad Romanos . superexpendar pro animabus vestris Et alibi
nimio fervore amoris dicebat Optabam enim ipse anathema
esse pro Christo a fratribus meis Et Moyses Exodi XXXII Aut
dimitte noxam hanc populo aut dele me de libro

De cautela contra pediculos ac pulices et muscas in mari
Hali ubi supra

Accidit autem peregrinanti copia pediculorum in corpore propter sudorem
et pulverem ac balnei paucitatem Quod cum evenerit corpus eius catha-
plasmetur cum argento vivo extincto cum oleo adiuncto aristologia lon-
ga et defela Mane quando balneum ingrediatur et corpus eius fricatione
valida mundetur caputque cum sarcafablito et boraco lavetur Hasi
aut ubi supra Pediculorum gravationem prohibent usus balnei et la-
vacri pannorum frequens mutatio propter ut pannus qui carni adhereret li-
neus sit tarde namque pediculis repletur Huiusmodi autem efficit argentum
vivum extinctum si oleo misceatur et ex eo fila lanea cingatur que
super se aliquis suspendat aut ex eis se cingat

Pulices cum herba que dicitur canthara in lecto posita fuerit quasi ebrii et
paralitici fiunt nec salire nec se movere possunt Si vero aqua in qua tri-
buli cocti fuerint domus conspergatur pulices omnino destruentur Aqua similiter
in qua ruta decoquitur aut oleander eos efficit

Pulices ex fumo palee et ex fumo vaccini stercoris et quam magis ex
fumo calamenti et nigelle fugantur Musce vero aqua in qua nigri ellebori
coquitur et arsenici citrini vel albi fumo necantur Alia plerasque
medicinalia puta confectiones et huiusmodi sanitatis conservativa conser-
vativa aut confortativa satis communia sunt et facile apud peritum
medicum potest habere consilium qui hanc voluerit subire peregrinationem
super huius rebus quas sibi ut peregrinandum necessarias arbitrabitur

18a



NF 631 1